UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

62. Quod in priuatis domibus sacramysteria non fi[an]t sine licentia antistitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

Imperat. Iuſtinianus in authent. vt in priuatis do-
bus ſacra myſteria non fiant ſine licentia anti-
tis, Collat. 5 tit. 12.

CAP. LXII.

QVanto ſanctius & reuerentius de tre- dis hiſce myſteriis ſenſit laudatiſſim- Imperator Iuſtinianus, qui in authenticis- conſtitutionibus ſic ait: Et priſcis ſanc- eſt legibus, nulli penitus eſſe licentiam do- quæ ſacratiſſima ſunt agere, ſed publicè ſin- procedere in credulitatem & DEI cultum- ſecundum ſanctionem de his ſacratis a- traditam. Et nos etiam hanc in præſenti p- mus legem, quam cum omni cautela t- volumus. Omnibus enim interdicimus m- gnæ huius ciuitatis habitatoribus, magis a- etiam totius noſtræ ditionis, in domibus - habere quaſdam, quaſi orationum domos, in his ſacra celebrare myſteria, & hinc f- quædam Catholicæ & Apoſtolicæ tradi- extranea. Sed ſi quidem domos ita ſimp- ter aliqui haberi putant oportere, in ſacr- is, orationis videlicet ſolius gratia, & nullo - lebrando penitus horum, quæ ſacri ſunt m- ſterij, hoc eis permittimus. Inuidia enim n- eſt, ſi volunt circa hæc habere habitacula q- dam, & in eis tanquam in ſacris orare, alijs - tem omnibus abſtinere, niſi tamen in ijs - luerint aliquos inuitare clericos, hic qui- ſanctiſſimæ maioris Eccleſię, & ſub ea ſan-

ſimar

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimatum domuum, voluntate ac probatione ſanctiſſimi Archiepiſcopi ad hoc deputatos, in Prouincia verò Deo amabilium Epiſcoporum. Hæc & plura his ibi Iuſtinianus Imperat. Porrò an, & quatenus licitum ſit in domo priuata habere capellam ſiue ſacellum, videatur Innocent. in cap. Ad hæc, de electio. Bald. in margarita verbo, Capella. verſic. final. Concil. Tridentin. ſeſſion. 22. decreto 1. de reformat.

Iuſtinianus Imp. in authent. collatio 9. tit. 6. de Eccleſiaſt. titulis. § Si quis in ſua domo. Qui in domo vel ſuburbano prædio, Eccleſiaſticum miniſteriũ celebrauerit ſine clericis, dominium admittit, & Eccleſiæ applicatur.

CAP. LXIII.

SI quis in ſua domo, aut iu ſuburbano Eccleſiaſticum miniſterium miniſtrare præſumpſerit, aut aliis celebrare conceſſerit, ſine clericis ſanctiſſimo locorum Epiſcopo ſubiacentibus, iubemus hanc domum aut ſuburbanum, aut prædium, vbi tale aliquid delinquitur, locis illius ſanctiſſimæ Eccleſiæ vendicari, per Deo amabilem Epiſcopum & œconomũ eius, & ciuilem iudicem locorum. Si verò neſciente locorum domino eius curatores aut conductores, aut emphyteutę contrarium aliquid exerceri permiſerint, dominum quidem loci nullum præiudicium, aut diſpendium

ſuſtinere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN